



<sup>21</sup>  
B2281

*Scripto III. YN.*

190

PRÆMATURUM OBITUM  
**MARIE  
DOROTHEÆ,**

PRÆCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI,  
*atq; CLARISSIMI*

DN. M. GEORGII WENDII,

Rectoris Gymnasii Thorunensis merentissimi,

FILIO LÆ

natu minima & charissimæ,

Die 1. Julii Anno 1699. natæ,

Die 8. Septembr. Anno 1701. denatæ,

& in Templo Mariano die II. ejusdem

Menſis honorifice tumulata;

*Ingentibus animis & calamis*

PROFESSORES, COLLEGÆ & AMICI

*dolere voluerint*

---

E CHALCOGRAPHEO THORUNENSIS.



Iliolæ quamvis isthoc sit funus acerbum,  
Et sit mors præcox, Vir Venerande, tuæ.  
Non tamen abicias animum, quia chara Puella  
Supremi claræ regnat in arce poli.

*In levamen doloris apposuit*

WENCESLAUS JOHANNIDES,  
Gymn. Prof. Publ. & Visit.

## EPI T A P H I U M,

Qvod sibi pie beatèqve defuncta Puella posuit.

Viator!

Sine lacrymis ne veni, ne adsta.  
Nam ocellus, qui Patri Matrèqve  
intempestive excidi,  
Heic jaceo.

## MARIA DOROTHEA WENDIA,

Dimidium Matri, dimidiumqve Parris.

Dum frontem sub fronde Tiliæ nuper explicui hilarem,  
mox Herculis clava me implicuit exanimatam tumulo.  
Et quia balbutiens lingua non bene vocabat Matrem:  
Surda Parca rata est, me vocasse Mortem.

Adeo floribus brevis honos!

O quam frigide ac rigide Mors infantulos pungit,  
ut discant parvi parvam calcare viam.  
Vix Sol bis flexum peragraverat orbem,  
& jam obviam habui mortem,  
sed ærumnarum requiem.

Licet pro lacte materno lacrymas,  
pro ubere fletum,  
pro Cantu ad Cunas,  
Næniolas & qvæstus reddam.

Scilicet commodaverat mé DE US Parentibus, non dederat.  
Postquam ostendit, qvod suum erat, repeti.

Ideo excunte die defeci,  
ut intelligerem me abiisse in lucem, & probarem esse fidus,  
qvod evanesceret in Crepusculo.

Ostenla sum tempori, & reddita æternitati.

Quando annis duobus vitam emetior imbecillem,  
illud edocui,

Cunabula angusto tramite ab Urna distare.

Sit Vobis BENE! Parentes optimi.

Et Tu Viator,

Disce mori, ne Te fallat spes vanæ juvenæ;  
Nam necis, statuant, quam Tibi fata diem.

Ma-

*Mæstissimi Parentes ad pie devote  
defunctam Filiolam.*

**Q**uot lacrymas moriens liquisti, *Filia*, nobis:  
Tot Tibi carpantur gaudia summa poli.  
Novimus, excelsi Te donum grande Jehova  
Dici, quod nomen denotat esse tuum.  
Ergo DEUS tandem sua mutua dona reposcit,  
Et Te cœlestem vult habitare domum.  
Nos Tibi de tanto mœsti gratiamur honore,  
Et cupimus lati tecta subire poli.  
Sed tu, fausta lapis, tumuloque beatior omni,  
Qui tegis in terris quicquid amoris erat:  
Contege commissum pignus, ne terra Puellæ  
Sit gravis, illa gravis non fuit usque Tibi.  
**Tu** quoque qui venies spectatum butta, *Viator*,  
Filiola quævis fausta precare meæ.

*Interprete*

M. MARTINO Bohm.

**P**arvula, quod properas furtivo limina gressu.  
Decipiens Patris? Parvula quod properas?  
Nondum vidisti mores, quos perdidit ætas,  
Et fugis audaci patria tecta pede.  
Nondum tensisti fraudes artesque malignas,  
Et fabros harum despicias, ausa sati.  
*Parvula*, te nullus fui aulus ledere nimbus,  
At fugis en nimbos, & loca tuta cupis.  
Quæ mala frerunt vires, quæ bella cruenta?  
Te num torserunt tela inimica, faces?  
Nil horum, fuerat quanta indulgentia Patris  
In te, sat nosti, scit quoque tota domus.  
Is quoties fuerat libris fessusque labore,  
Ludebat tecum, tu pila, discus, eras.  
Risisti, risit, dum flebas, ille dolebat,  
Morbi tentabant, is medicina fuit.  
Sæpius ille, scio, viridi residebat in horro  
Tecum, monstrabat lilia cana, tofas.  
Certantes ramos coryli, fucusque feraces  
Ostendit digito persica mala, nuces.  
Frangere quando ausa es verbum, quoque frangere verbum  
Est ause genitor, cur? quia fvalit amor.  
Et gemuit veluti socio cum torture tortur  
Ssevit, vel quando est orba columba pari.  
Sed forsan tibi, qui legis hoc puerile videtur,  
Erras, est opus hoc, scito, virile sati  
Non puduit Reges eqvitate in arundine longa  
Cum natis, puerum non puder esse patrem.

Et

Et hæc innocua est pariter permissa voluptas,  
Ludere cum puero, cum fugiente capi.  
Taubmannus qvondam scriptisqve jocisqve celebris,  
Scivit qvid, quantus, si genitoris amor.  
Explicuit summi carmen versumqve Maronis  
Discipulis, hic qvem, Leotio amice, dabo.  
*Omnis in Aēcanio cari stat cura parentis*,  
Ut legit, obstupuit, lingua polita filet.  
*Dicere nil potero, inquit, quando Numinia prolem*  
Donabunt, *Vates dñe cito quid votuit.*  
*Tanquam amor patrum in prolem est, describere dignè.*  
Qui sentit nequit hunc, pingere nemo potest.  
Ora rotunda parens jungebat sapienti ori,  
Cor cordi tenero, lumina luminibus.  
Et gremium gremie commissum est, dextera dextræ,  
Ridenti arrisit, qvæ modò fessa doler.  
Illa tibi vitam multos optabat in annos  
Hujus conjugi pignus & obses eras.  
Pectora te molli secum circumculit illa,  
Ante oculos fuerat dulcis imago tua.  
Flentem mulcebat similis, nubicibusqve rosisqve,  
Corporis & niveo lacte, favore, favo.  
Pendebas collo, collo superaddita amantis,  
Oscula sensisti plurima, plura dabas.  
Illa tuas cunas agitatbat nocte dieqve,  
Et cecinit: Cœlo, blandule somne, veni.  
Tot fueras cumulata bonis, discedere gestis  
Attramen, en jubeo! siste proterva gradum.  
Velles, si posset, sed sunt referata sepulchri  
Ora, qvibus nostra & parvula nata jacer.  
*Anna* jacer rectum mēa parvo juncta sepulchro,  
Et binas urnas angulus unus habet.  
Jungatur lento cineri cinis, ossibus ossa  
Et lateri latus, & viscera visceribus.  
Cœlestes animæ tumulo requiscite in isto,  
Donec vos terris evocet ipse DEUS.  
Spernите qvicquid habet mundus, crepitacula, nugas,  
Vos gremium foveat suscipiatque DEI.

*Utrig. Parenti in solatiū & honorem sc.*  
JOHANNES REZIK,  
P. P. & Visitator.

**V**ix nova VENDIADUM Genti splendescere cœpit  
STELLULA, jam Lachesis condere tentat eam.  
Restingvi tamen haud potuit, qvoniā orbe relicto  
Aethereo longè clarior axe micat.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,  
Prof. Publ.



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



6017  
6018



PRÆMATURUM OBITUM

# MARIAE DOROTHEÆ, PRÆCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI, *atq; CLARISSIMI*

DN. M. GEORGII WENDII,  
Rectoris Gymnasi Thorunensis merentissimi,

FILIOLOÆ

natu minimæ & charissimæ,

Die 1. Julii Anno 1699. natæ,

Die 8. Septembr. Anno 1701. denatæ,  
& in Templo Mariano die 11. ejusdem  
Mensis honorifice tumulatae,

*augentibus animis & calamis*

PROFESSORES, COLLEGÆ & AMICI

*dolere voluerunt*

E CHALCOGRAPHEO THORUNENSI.

